



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Theodulus C. 3. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

nationes, & si modò vis, vicem reperdimus, nostrosq; tibi Doctores ecce submittimus. Ex Brev. Cur. & Bav. S.

Pretiosior mens ejus est, quæ aurum despicit, quam quæ aurum requirit: majores planè sunt divitiae, non habere aurum, sed aurum habentibus eminere. Qui enim propriis abundat bonis, sculi thesauros non requirit. S. Maxim. de SS. Taurin.

S. THEODULUS C. 3. Decembris.

AScenderat in id fastigium honorum THEODULVS, ut aula illum Theodosiana Præfatum salutaret. Verum his etiam altiora virtus ambiit. Etenim quod aulæ technas & infidias probè perspectas haberet, ludos facere hanc vicissim voluit. Quare assēm omnem (Philippeorum millia quinque supra quinquaginta) liberali sparitione in miseris abjecit, ipse columnam Edessæ ascendit, inde aulæ fastus, minas, pericula, omnia despecturus. Ita mundo & sese altior respuit jam cum homunculis prandere, cœpitque cum Cælitibus solâ ambrosiâ, hoc est, Angelorū pane, deinceps vesci. Post annos sic traductos xxx. cupido subiit scire eccuinam ex DEI amicis vitæ meritis æquiparandus foret. Responsum è cælo, Cornelio Mimo æquandum. Rubore expressit hoc THEODULO. Adiit tamē virum, & hæc deniq; sibi fateri coëgit: mimicam artem à primis annis tractasse, nunc cùm in mentem ultima illa nec ficta mundi scena venisset, serium se & frugi esse, nuperque adeò, ut pudori nescio cuius matronæ, unaque decoctoris ejusdem viri, qui à creditoribus in vinculis tenebatur, libertati consuleret, vestem & supellectilem vendidisse, & corrogatum inde quādringen-

Dec.
no-
Brev.
uam
non
Qui
re-

Eo-
fe-
tus
lias
cif-
um
ar-
llæ
bia
um
li-
n-
do
is
io
o-
ri
e,
di
e
n
x
-

Dec. VITÆ SANCTORVM. 591
dringentorum aureorum assēm alienæ miseriæ
donasse. Laudavit tam bene clausam à Mimo fa-
bulam THEODVLVS , & latus iterum concendit
columnam suam , paulò pōst ex hāc in vicinum
cælum transcendent. Ex Menœis.

Initium omnis peccati & causa totius perditionis
superbia: propterea quisquis es , qui salutem tuam ope-
rari studes , aduersus hanc signum crucis super caput
uum habere memento, ut non eleveris in superbiam, ut
non exaltetur cor tuum. S.Bern.serm.2.de S.Andr.

S. GALGANUS C. 3.Decembris.

V Oluptatibus primò GALGANVS militavit,
tum Christo,D.Michaëlis ductu, qui tertiod
dormientem monuit , è veterno ut surgeret , &
cum somno vitia excuteret. At ut porrò malè
dormiret , mater & amiici thalamū obtrudere la-
borabant virginis formā & divitiis inclytæ. Ad
hanc cùm visum iret, equiti suo frenū equus inje-
cit , contraquæ omnia calcaria contumax pedem
proferre medio in itinere negavit, disertè tandem
cum asinā Balaami locutus, quò minus progrede-
retur, ab Angelo se prohiberi. Contra tot stimu-
los calcitrare cùm equus non posset , neq; homo
jam voluit, sed damnatis nuptiis, eo ipso in mon-
te (in quo & equi & miraculi vestigia hodieque
visuntur) castra sua novus miles, hoc est , cellam
posuit, primumque trophæum de se, crucem in-
quam ex ense suo inibi defixit. Pugnatum deinde
sæpius, & sæpius orcus fugatus. Illud plenum pe-
riculis prælium fuit, cùm proditum à venatore (ei
vestes suas GALGANVS & equum dederat) inopi-
nantē mater & sponsa oppresserunt. Constitit ta-
men sibi, & runc etiā victor matrē Deo se dedere,
sponsam